

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1765

XCII.

[urn:nbn:de:bsz:31-295118](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295118)

& sibi retinuit & taliter summa LX. Marcarum integraliter fuit persoluta. ad majorem cautelam predicti fratres de Tennebach idem predium de Bottingen à Sculteto nobis & Ecclesie nostre resignatum de manu nostra receperunt pro duobus Denariis annuatim exinde persolvendis. ut autem haec transactio firmum robur obtineat. - - - - -

Acta sunt haec ab incarn. Domini M. CC. XXIII. IIII. id. Maii. indict. &c. in villa Eendingen presente *Marchione Heinv.* - - - - -
testes & alii quam plures.

NB. Sigillum habet integrum.

XCII.

EXCERPTA EX LITERIS HEINRICI REGIS ROM.
DE CLEMENTIA, BERTOLDI V. VIDUA.

A N N O M C C X X I V.

*Ex authentico tabularii Dolensis apud Petrum Franc. Chiffletium in Epist. de Beatrice Com
Chalon. pag. 113.*

Heinricus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus universis Imperii fidelibus, quibus hæ litteræ ostensæ fuerint, gratiam suam & omne bonum. Significamus Vobis, quod coram nobis jam pridem apud Bernum in Judicio residentibus talis lata fuit sententia, quod nos Dominam

Cod. Dipl.

Y

Clementiam quondam *Ducissam Zeringie* in captivitate, in qua tenetur, debeamus liberare - - altera etiam lata est sententia coram nobis, quod nos predictam Dominam *Clementiam* mittere debeamus in possessionem castri *Burcdorf* & omnium bonorum, que dive memorie *B. Dux Zaringie* in dote contulit eidem, aut loco ipsius Domine *C.* patrem ejus *Stephanum* Comitem *Burgundiæ* nomine tutoris - - - testes *Engelbertus* Colonienfis, *Thiedricus* Trevirenfis, *Gerardus* Bifuntinus Archiepiscopi, *Sifridus* Augulstenfis, *Willelmus* Laufanenfis, *Heinricus* Basilienfis Episcopi, Comes *Willelmus* Gebennenfis, Comes *Rudolfus* de Havspure, *Cuonradus* Pincerna de Schipffa, *Eberhardus* Dapifer de Walpurg. Datum apud Bernum V. Kal. Jan. Indiçt. XIII. Anno Dom. incarnat. MCCXXIV. Anno regni nostri V.

 XCIII.

FRIDERICI II. IMPER. LITERAE AD EGENONEM
COMITEM DE URACH.

 A N N O M C C X X V I.

Ex authentico Bada-Durlacensi.

Fridericus Rex Dei gratia Rom. Imperator semper Aug. Jerusalem & Sicilie Rex. Dilecto consanguineo & fideli suo. *Eguenon. Comiti de Huca*, gratiam suam & bonam voluntatem. Cum ex innata celsitudini nostre clemencia ad gratiam nostram a qua per indevotionem recess-